



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

B. Puer Constantinopolitanus. 25. Septembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

palæstrâ exerceret, noctu silvas & ex silvis ligna petebat, leprosis interim in lectulo Episcopi vicem dormientibus. Hostibus, qui regi Petro regnum, quod Stephanus suâ morte illi in manus tradiderat, vi eripuerant, malam mortem, sibi optimam vaticinatus est & sanguine comparandam. Et verò anno M X L I I. à globo impiorum cinctus, lapidibus primò est appetitus: sed, quia innoxius hos scuto Crucis excipiebat, post currum eversum hastâ transfixus est, cum pro parricidis suis, Christi & Stephani exemplo, è genibus perorasset. *Ex Surio.*

*Beatus qui ab omni abhorret turpitudine peccatorum, seq̃ hostiam viventem & Domino acceptam offert. Beatus qui semper in seipso Dei memoriam colit: erit enim totus velut Angelus caelestis in terra cum reverentia & amore sacrificans Domino. S. Ephrem in Beatitud.*

#### B. PUER CONSTANTINOPOLITANUS.

25. Septembris.

**Q**uid hodie primùm miramur desipere hereticos? jam olim barbatos horum Magistros & ferulâ dignissimos ad rudem pueritiam erudiendos cælum ablegavit. Ita Petro Fulloni, qui Eutychetis œstro afflatus unicam tantùm in Christo naturam, adeoq̃ mortalem DEVM somniabat, doctorem puerum multò antè providit. Nam cum sub Theodosii Junioris tempora terræ motu rotus orbis, sed Constantinopolis potissimùm, v. i. ipsos menses laboraret, præter nobilissima urbis ædificia rectaque & sacra & profana dejecta, animi insuper omnium ita sunt consternati, ut cum ipso Imp. suo urbs urbem desereret, campoque

5. Sept.

s ligna  
opi vi-  
tro re-  
manus  
n, sibi  
paran-  
iorum  
d, quia  
st cur-  
parric-  
enibus

beccato-  
tam of-  
m colu:  
cum re-  
phrem

ANUS.

hare-  
giftros  
n eru-  
ni, qui  
n Chri-  
omnia-  
t. Nam  
æ motu  
imium,  
ima ur-  
dejecta,  
ati, ut  
ampof-  
que

25. Sept.

VITÆ SANCTORVM.

que habitaret. Illud tamen civium bono factum, quod tellus sic mota mentes hominum non tam ad metum quam pietatem movit. Ipse Theodosius Imp. in togâ privatâ fordidus & pedes nudus dies noctesque Superos veniam sibi ac suis orabat. Inter hæc PVER innocentulus turbine raptus sublimis sub omnium & ex omnium oculis abiit, comesque huic unâ vulgi vox Kyrie eleison ivit. Hora non amplius abiit, cum eadem viâ puer redit, narratque quod à cæli Choraulis cantari audierat Trifagion. *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis*, aitque vetitum esse cæli consulto quidquam his addi. Simul legatione suâ perfunctus ad musicam suam moriens abit. Interea Patriarcha voluit, ut voces auditas repereret terra, cantuque etiam ipsa cælo, quod provocaverat, responderet. Factum, & Trifagion cantatum terram firmavit trepidam; ut homines non jam certasse tantum Superis voce, sed tunc superasse videantur. *Ex Men.*

*Si accipientes munera taciti & immemores fuerimus, tamquam ingrati & indigni eorum subministratione fraudabimur; ut Deum, quem beneficiis non cognovimus, malis ingruentibus requiramus, & adversis simulemur ad rogandum, qui prosperis gratiam non egimus ad fruendum. S. Maxim. de non tim. car. host.*

S. JUSTINA V. & M. 26. Septembris.

**A**N hodie suum parentes faciant, nescio, olim parentum officium liberi etiam fecerunt. Ita JUSTINA à teneris annis Christianas leges clam edocta, docere easdem parentes cœpit. Et jam per matris ad pectus patris aditum sibi fecerat; cum hunc nutantem jam in partes Christianas

V 6

visus